



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Typographvs Lectori S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)



TYPOGRAPHVS

LECTORI S.



QUANTVM qui postremi hoc sibi pensi
sumpserunt, vt Orbem Christianum edoce-
rent de libris aut omnino aut ex parte reiij-
ciendis, nulli pepercerunt operæ vt Catalo-
gos, quàm maximè fieri poterat, absolutoste-
xerent; non valuit tamen eo vsque pertinge-
re, quo cupiebant, illorum industria. Scilicet

non pauci Autores eos etiamnum fugerunt; aliquot in Indice
Hispanico nota iniusta est, quorum in Romano nulla mentio; &
plures memorantur in Romano qui in Hispanico præteriti sunt,
ex illorum præsertim numero qui post confectum Hispanicum
in lucem prodire. Vt igitur Lectorum votis atque informatio-
nis satisfaceret, necesse habuimus Indici quem nouissimum Hispa-
nia dedit, vt vt amplissimo in vtrorumque cùm prohibitorum
tum Expurgandorum recensione, priusque editos omnes, imò &
Sandouallianum, accuratione suâ longè superanti, adungere
Romanum qui Prohibitos exhibet, recentissimè excusum.
Vtrumque ergo hic, licet vt plurimum consentientem in Libro-
rum prohibitione, quantâ fieri potuit curâ repræsentamus, juxta
authenticas editiones, Madritianam & Romanam; quas, vt nos-
træ fidei inquirentibus ratio constare possit, penes nos religiosè
seruamus. Hoc vnum fatemur, hic nobis autoribus accessisse,
Latinam Versionem Hispanicorum quæ erant initio Catalogi
Madritiani; vt Regulas, operis scilicet antepagmenta, quæ in
multis auctiores sunt factæ iis quæ in Sandoualliano exstabant,
quiuis facilius capiat. Laborem nostrum æqui bonique consu-
les; quando id totum spectat ad maiorem tui cautelam atque
institutionem, cui nostram nolimus deesse sedulitatem.
Vale.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.